



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LXXVIII. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt die getroffenen Wahlen  
von Domherrn, am 2. Mai 1306.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

uerfia erat de iure communi et confuetudine eccleſie ſpeciali, dicente domino zacharia, ius commune eſſe pro eo uidelicet, quod qui per permutacionem intrat aliquam Eccleſiam conuentualem uel collegiatam, vltimus debeat eſſe in hiis, que requiruntur tam in proceſſionibus, quam in choro: dicente domino Johanne de vincelberge huic iuri communi per confuetudinem eccleſie ſtendalgenſis eſſe derogatum. Nos igitur diſcretorum uidelicet domini Bartoldi prepoſiti in ſtolp et canonici in ſtendal, nec non diſcreti viri domini Conradi dicti de Nyendorp, quondam ſtendalgenſis decani examinatis conſcienciis, non inuenimus confuetudinem eccleſie in aliquo eſſe comprobata, que iuri communi poſſit uel debeat derogare. Laudamus, ordinamus, arbitramur, diffinimus dicimus atque precipimus, de iure communi et ſtatu Canoniorum ſtendalgenſis eccleſie nunc ſpeciali, quod omnes illi, qui per permutacionem Canonicatum ſeu prebendam ſtendalgenſis eccleſie intrauerunt uel intrabunt in futurum, ius commune obſeruabunt Ita, qui prius per permutacionem Canonicatum ſeu prebendam eſt adeptus, prior in capitulo et in choro, et ſic deinceps prout ſecundum ordinem intrauerunt. Inſuper recognoſcit Theodericus de Luderez, ſtendalgenſis eccleſie canonicus, quod licet ipſe prius eccleſiam ſtendalgenſem intrauerit per permutacionem, prebendam et canonicatum ſit adeptus, Tamen ob reuerenciam dicti domini Johannis de vincelberge ei concedit de gracia ſpeciali, quod priorem locum habeat, quam ipſe, tam in capitulo quam in choro. In cuius rei teſtimonium Nos Meynardus prepoſitus, Martinus Decanus Totumque capitulum eccleſie ſtendalgenſis figillum capituli noſtri preſentibus duximus apponendum. Acta ſunt hec Anno domini M°. CCC°. VI°. VII°. kalendas Aprilis.

LXXVIII. Biſchof Albert von Halberſtadt beſtätigt die getroffenen Wahlen von Domherrn,  
am 2. Mai 1306.

Albertus, dei gratia epiſcopus Eccleſie halberſtadenſis, — uiris honorabilibus Meynardo prepoſito ac domino martino legum profeſſori Decano totique capitulo eccleſie ſtendalgenſis. — Honeſtatis veſtre dilectioni cum graciaram actionibus inclinamus ſpecialiter ſuper eo, quod preces noſtras, quas uobis pro bertrammo ſcolare, filio uiri honeſti, ſpecialis noſtri Weneri de hildenſem, cuius in Magdeburg, nuper direximus, dignabamini benignius exaudire, non ex iure, quod uel noſtri predeceſſores epiſcopi eccleſie halberſtadenſis ſibi in hac parte poterant uendicaffe uel nos nobis uendicare poſſimus, ſed ex mera ueſtra beniuolentia pariter et fauore, et tanto amplius, quanto dictum noſtrum electum aliis ueſtris nuper cum ipſo electis preponere curauiftis, quod apud eccleſiam ueſtram et perſonas eccleſie liberaliſſime volumus promereri: preterea rationabilibus ueſtris precibus nobis pro confirmatione electionum predictarum per uos nuper celebratarum ut predicatur annuentes, ipſas electiones ratas habentes, In nomine domini preſentibus confirmamus, Salua etiam ordinatione ueſtra de media prebenda in eccleſia ueſtra proxime uacatura per uos prouide facta, Cui noſ ex predictis electionibus hac confirmatione nichil prejudicii volumus generari nec eam in aliquibus infirmari. In quorum euidenciam preſentes noſtras literas uobis duximus concedendas, ſigilli noſtri appenſione munitas. Actum et Datum langentſen, anno domini M°. CCC°. ſexto, feria ſecunda poſt dominicam, qua cantantur letare Jheruſalem.